filio Nobilis Adami Mrogek de Longowo heredi et ipsius successoribus bonorum suorum
in hereditate Kobylino Lutki sitorum in Area Quinque sulcos Venales a via
Jagniewenna ad plateam per villam tenden[tem] inter metas Nobilis Petri Kobylinski
et Thoma et Stani[slai] Bartosik jacen[tem] cum Zumba nigra et omnibus utilibus
fructibus proventibus attinen[tiis] et pertinen[tiis] cunctisque Comodis ex eadem quo-
uis modo provenien[tibus] nullis exceptis nec pro se et suis successoribus aut alio quo-
piam reservatis sed prout solus tenuit habuit et possidebat itaque longe
circumferentialiterque prout praefata area in suis metis et limitibus existit pura
mera sincera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsitque irre-
vocabiliter resignavit. Cui jam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac paci-
fica possessione per ministerialem Regni generalem et Nobiles duos quem et quos sibi facilius
conducere poterit dat et admittit. Submittitque se idem recognoscens suis
cum successoribus eundem donatarium suum et eius posteros occasione praemissorum ab
omni impedimento juridico et extraiuridico quarumuis personarum propinquarum
et remotarum cuiusuis sexus status et conditionis existentium libere defendere
evincere eliberare intercedere pacificare solusque per se et per quasuis sub-
missas ac subordinatas personas non iniuriare sub damnis [illegible]
simpliciter taxatis et edicendis Et coram officio praesenti Castren[si] [illegible] in primo cita-
tionis termino tanquam peremptorio peremptoria responsione omnibus in
universum juris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de jure
concessibilibus se et suos successores in vim abdicando et abrenunciando per-
sonali sua recognitione mediante.

BRZOZOWO

Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Joannes olim Gabrielis
de Brzozowo antiqua [illegible] sanus mente et corpore existens palam ac libere recog-
novit Quia Nobili Joanni filio Alberti Brzozowski et eius posteris bonorum
suorum immobilium in hereditate Brzozowo [illegible] consisten[tium] in Campo Sex
sulcos a meta ad viam Zopienska protenden[tes] inter metas Nobilis Jacobi
et successorum Gabrielis jacen[tes] item tres sulcos a via Zopienska ad viam
Korabiewska inter metas ut supra jacen[tes] [illegible] Gorki quatuor sulcos a meta
ad viam Korabiewska item duos sulcos a via Zopienska ad viam Korabiew-
ska nec non quatuor sulcos a via Korabiewska ad graniciem Antoniowska
ubique inter metas ut supra jacen[tes] cum omnibus et singulis utilitatibus ibidem
existentibus nullis exceptis in summa Viginti sexagenarum pecuniae hinc usque
ad exemptionem ac summae integram exolutionem obligavit ac inscripsit.
Cui jam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per
ministerialem et Nobiles duos accipiendo dat et admittit. Submittendo se cum suis
posteris de omnibus bonis memoratum tenutarium et eius posteros occa-
sione praemissorum ab omni impedimento juridico quarumuis personarum
totiens quoties durante huiusmodi jure obligatorio opus fuerit
defendere evincere solusque per se ac per submissas personas non iniuriare
sub vadio simili Et coram officio praesenti in primo citationis termino peremptorie
ratione omnibus contraque exceptionibus allegationibus dilationibus
appellationibus ac earum prosecutionibus aliisque in universum juris remediis et defensis
etiam de jure concessibilibus se et suos successores in vim abdicando